

ἑξομολόγησιν in qua certè non vult videri
 verbis discrepare à nostra sententia. Et
 præter rem tumultuatur in aliis quibus-
 dam articulis. Videtur in homine magis
 HELVETICVS quidam, quam Chri-
 stianus esse Spiritus, qui impulerit eum ad
 tam ferociter scribendam Confessionem.

Cœlest. p.
 279. b.
 Hist. Conf.
 Aug. pag.
 157.

76. *Quo ipso anno sententias quasdam San-
 ctorum Patrum de Cœna Dominica collegit, e-
 asq; Friderico Myconio inscriptas, Sacramenta-
 riorum furoribus opposuit.*

Hist. A. C.
 pag. 181.

77. *Et in Epistola ad Martinum Goroliti-
 tium Pastorem Brunsvicensem hoc præclaro elo-
 gio ornat Sacramentarios quòd nihil sani
 neque de fide, neque de Sacramentis do-
 ceant: Quare se mori malle, quàm hoc
 affirmare, quod illi affirmant: Christi cor-
 pus non posse nisi in uno loco esse.*

Hist. A. C.
 pag. 186.

78. *Sub finem anni 32. Bernhardum Roth-
 mannum Concionatorem Monasteriensem in
 VVestphalia multis hortatur, ut τῶν κυκλιο-
 φρονήτων disputationes, quippe fidei ex-
 pertes atque incertas, & ad conscientias
 in dubitationem conijciendas ac pertur-
 bandas comparatas, studiosè vitet.*

79. *Quin imò anno adhuc 36. in Constitu-
 enda Formula Concordiæ VVitebergensis: ac
 sequente 37. subscriptione articulorum Smal-
 caldicorum, in eadem Lutherana Confessione
 se per-*

Hist. A. C.
 pag. 312.